



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

14. An religiosi possint defendere suum honorem, occidendo invasorem?

Ex quo aliæ difficultates deducuntur pro firmando doctrina dictæ  
quæstionis, sed jam omnes appositæ sunt in hoc ipsomet tractatu ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

quod hoc  
lego doctri-  
nam § H.e  
autem cui-  
sum post me-  
dium, ver-  
bo ab ean-  
dem.

uasorem tueatur; cum prohibitum sit Religiosis, & Clericis, arma tractare, can. de his Clericis, dicitur. s. o. &  
alibi; ac proinde ipsorum honor, etiam apud mundanos,  
non consistat in valore, & dexteritate, armis se contra  
hostem tuendi, sed potius in cultu Religionis reliqua-  
rumque Christianarum virtutum exercitu: negari ta-  
men potest, quoniam saltem honorem, famamque illam, que  
ex virtute & sapientia nascitur, quoniam verus bonus est,  
instè defendere Clericis & Religiosis valeant, ac sapiens  
debeat: cum hic sit proprius professionis ipsorum,  
quoniam si amittant, maximum bonum ac deus anittunt.  
Nam per hunc redditum summopere astimabiles, &  
conspicui secularibus, quos sua virtute & sapientia di-  
rigere, ac iuare pollunt, quo sublati, nec illos dirigere,  
nec iuare poterunt. Ergo saltem hunc honorem po-  
terunt Clerici, ac Religiosi cum moderamine inculpa-  
ta tutelæ, etiam cum morte iuaforis defendere: qui in-  
terdum legi saltem charitatis videntur ad illum defen-  
dendum teneri, si ex violatione propria famæ integra  
Religio infametur. Vnde licet Clerico, vel Religioso  
calumniatorem grauia crimina de se, vel de sua Reli-  
gione spargere minantem occidere, quando alius de-  
fendendi modus non suppetat, uti suppetere non vide-  
tur, si calumniator sit paratus, ea vel ipse Religioso, vel  
eius Religioni publicè, ac coram grauissimis viris im-  
pingere, nisi occidatur. Nam si in tali casu licitum est  
religioso, ipse occidatur, iuaforem prius occidere, si  
fuga non possit, quia nimis ante se hostem habet,  
mortem evadere, licitum quoque eidem erit, ad vitandam  
grauiissimam sui, siue Religionis infamiam, si  
alius modus non suppetat, calumniatorem occidere.  
Nam quo iure licitum est seculari, in tali casu calumnia-  
torem occidere, codem iure licitum videtur Clerico,  
ac Religioso, cum in hoc Religiosus, & secularis sint  
omnino pares: cum non minus ius in talen honore  
habeat Clericus, & Religiosus, quam secularis in suū;  
inò maius, quanto maior est professio, sapientia, & vir-  
tus, ex qua hic honor Clerico, & Religioso progignitur,  
quam sit valor, & dexteritas armorum ex qua ho-  
nor seculari nascitur. Adde, quod ut seq. sent. probabitur,  
licitum est Clericis, ac Religiosis in tutelam suarum  
facultatum, furem occidere, si alius modus eas defen-  
dendi non suppetat: ergo multò magis id licitum videtur  
in tutelam famæ & honoris ex virtute & sapientia con-  
surgentis. Verum quoniam haec apud alias scripta non  
legimus, nolumus ita à nobis sint dicta, ut communi  
sententia aduerterentur, sed solùm disputationi gratia pro-  
posita maturo iudicio relatio penes prudentem lecto-  
rem. Huc usque Amicus.

1. Sed ut verum fatetur, quomodo potest admitti Reli-  
giose posse cum morte alterius defendere non solùm honorem, & famam quia ex virtute nascitor, sed  
etiam quia ex sapientia? & tamen hoc vltimum eriam  
Amicus admitti: non est igitur talis opinio admittenda.

## RESOL. XIV.

An Religiosi possint defendere suum honorem occidendo  
iuaforem?

Ex quo alie difficultates deducuntur, pro firmanda do-  
ctrina dicta questionis, sed iam omnes apposita sunt in  
hoc ipsomet tractatu in suis specialibus, & lais Resolu-  
tionibus. Ex p. 11. tr. 1. & Milc. 1. Ref. 20.

<sup>Sup. hoc</sup> & §. 1. **H**anc questionem, dubitatione tamen agita-  
h. c. doctrina. Ego autem ea, quia decebat modestia, agendo cum viro  
Reipreteri. sapientissimo, illam olim approbavi, nunc vero Car-  
verbi eius an-  
vers. 55. §. 4. num. 1141. querit utrum digna sit aliqua censu-  
ra, atque possit merito prohiberi ne imprimitur doctri-  
na Petri Nauarra lib. 2. de restitut. cap. 3. à numer. 37.  
& Sayri l. 6. de censoris cap. 7. num. 23, sub illis terminis,  
sub quibus traditur à Francisco Amico tom. 5. diff. 36.  
num. 118.

Et respondit negatiue, & postea n. 1145. nominacionis  
contra me inuehitur.

2. Sed ego non recedo à sententia quam docui, &  
quam nouissime approbavit sacra congregatio indi-  
cis, in qua Eminentissimi Cardinales post multa disci-  
sa, & auditâ sententiam supradictam Patis Amico à suo  
opere deleri censuerunt, & eius totonc quinque inter  
libros prohibitos apposuerunt, unde etiam contra te-  
lém sententiam acriter infurgit doctus, & p. 1145  
Magister Lezana in suis eruditis consultationibus con-  
sult. 30. per totam, post adductas multas rationes n. 16.  
sic ait, dictum huius Authoris omnino videat repon-  
bandum, quatenus astricti licere Clerico, vel Religioso  
occidere calumniatorem grauia crimina de se, vel sua  
Religione minantem spargere. Et multò magis domi-  
cit tunc non videre suppetere aliun modum defenden-  
di honorem, quando calumniator est paratus infame-  
re publicè, ac coram grauissimis viris religiolum vel  
religionem.

3. Primò quidem propter dicta, qua in hoc punto  
efficiacius probant, cum multo minus sit minor, quam  
inuadere. Secundò, quia non licet occidere minantem  
mortem, vt benè Malerus in 2. 2. art. 3. cap. 1. doct. 7.  
Diana super ref. 10. ergo multo minus licet occidere  
minantem infamare. Tertiò, quia adhuc de communis  
fidelibus loquendo, probabilissima sententia est, &  
in praxi sequenda, non licere occidere cum quis paratus  
est falsum testimonium contra aliquem dicere, aut cum  
falsò apud iudicem accusare, etiam si modo obviri  
id non possit. Propterea tenet Sotus, Cord. Salón, Tum-  
inus, Sylvestr. Vasquez, Leffius, Rodriguez, Comich, &  
quos referunt Cardinali Lugo de ins. & iur. tom. 1. dif-  
putat. 10. ref. 7. Diana 3. part. tral. 5. ref. 97. 9. 1.  
part. tral. 4. 7. ref. 7. & part. 8. tral. 1. 7. ref. 52. ann. 11.  
ergo minus licet Ecclesiasticis, qui manifeste  
Christi imitari debent, propter minas solum infante  
inferendæ, aliquem occidere. Quartò, quia ex communi-  
DD. tunc solum licet occidere aggressorem in sui de-  
fensionem, quando id sit cum moderamine incoluptu-  
tuelle, & tunc obseruat hoc moderamen, quando  
specie circumstantia loci, temporis, & personarum, non  
nullum aliud medium supererit ad evitandum illud da-  
num, quod iniustus aggressor infligere volit, nisi illum  
occidere; tunc enim iura id permitunt l. vii. vñ. de  
ins. & iure l. vim. vi. & l. 3. qui cum aliis fad. l. 4. apul.  
c. signif. 2. §. vlt. de homicid. e. s. vñ. prima, de sent. ex-  
comm. vbi Alexander Papa dicit vñ vi repellere, con-  
tra leges, omniaque iura permitunt: Sed in casu pre-  
senti, & de quo hic author, plures modi suppetunt ad  
evitandam ignominiam, & infamiam prater occidi-  
mentum ipsius; ergo non potest occidi; minor patet, tum  
quia potest minator minus non implore, & idem mina-  
solum inducit iustum mactum, si hanc à tyrone, vel  
homine pestilentialo, Bartol. in l. 3. ff. xx. qib. casis  
ma, vel à persona verisimiliter timenda. Glossa & Bart.  
ibidem, vel à persona potente, & confusa male facere,  
non si sit solita multa dicere, & pauca facere, si sit  
elusor, cuius mina non sunt timenda, Bartol. in l. me-  
tam, quod metus causa. Vnde si is, qui minans est sit  
abieci, & demissi animi, non profutus contra ipsu-  
sum, vt est textus l. 1. C. quis imper. maled. & ita  
communiter teneri dixit Incola in l. final. col. penult.  
vers. ultimo inducit ff. de heretic. inst. quem sequi-  
tur Antonius Blanchus in l. final. numer. 18; ff. que-  
ficio, & Menochius de arbitrio. indie. col. 361. numer.  
39, ac Masecardus de probat. vol. 2. conclus. 98. num. 9.  
& 10.

4. Tum secundò , quia potuit iste minari ex iracundia, mina autem, quibus aliquis ita feruens, & iracundia impulsus vult, attendere non sunt , l. 1. vbi Angel. C. si quis imper. maled. facit l. ob hec verba ff. de his, qui no. infam. traditur in l. quod calore ff. de regul. iur. in c. si quis iratus §. notandum 2. q. 3. Paris. conf. 5. 4. n. 32. vol. 4.

5. Tum tertio , quia esto quod adimpleat promissum, nihilominus viri graues, regulariter loquentes, non præstant fidem detractoribus, maximè de personis Ecclesiasticis detrahentibus, sed potius cordate, & matutinè animaduertunt eos sècè decipi, & decipere, iniuria & passione agi, rem exaggerare, & ex misera elephantem fingere, ac propter ea timent illud Ecclesiast. 19. Qui credit cito, Iesus corde est, & minorabitur, id est erit modicus mente, et ait Arabicus, vel amens, vt veritatis Syrus. Non ergo propter vanum istum timorem de contrahenda infamia apud graues viros licere poterit Religioso occidere sic minantem.

6. Præterea quartò , quia esto quod illi credant detractores, adhuc tollent multa media ad tollendam hanc ignominiam ; asserendo videlicet dixisse falsum, confitare oppositum, esse male dicum, &c. non ergo ad tollendam illam suscipit vim cum solum medium, scilicet mors calumniatoris I que alioquin est malum intermediable, & priuata maioris boni, quæ ignominia ipsa. Ad quod etiam quinto deseruit doctrina Suarez in tom. de fide, spe, & charitate disputat. 13. de bello seq. vlt. numer. 5. vbi inquit, quod calumnia, que timetur inferenda Religioso non debet propulsari tam violenta, & truculentamente, qualis est occasio suspecti calumniatoris, sed veritatis manifestatio.

7. Et hæc omnia docet Lezana contra Amicum, & per consequens contra Caramuelen, qui etiam videat Palsqualim in quest. can. cent. 1. quest. 32. & in Decisionibus moral. decr. 441. in quibus locis sententiam à docto Caramuele defensam, impugnat. Sed quia de tali questione habemus Oraculum sacrae Congregationis, non est amplius de illa dubitandum.

#### RESOL. XV.

An licet priuato homini occidere gladio, veneno, proditorie, in fidis, aliove quouis modo Regem tyrannice doneciantem: Ex p. 5. tt. 4. Ref. 1.

§. 1. Dicunt aliqui primo, non licet priuata auctoritate occidere tyrannum, qui est legitimus dominus, & contrarium dicere est hereticum, vt probat Castro lib. 4. de Heretibus, ver. Tyrannus, & definitum est in Concilio Constantiensi sess. 15. Dicunt secundò, Tyrannus qui, vel, vel fraude regnum invasit, potest priuata auctoritate occidi, seruatius tamen dubius conditionibus. Prima est, si alter non possit Respublica liberari à tyrannie. Secunda, si non timeant majora damna. Ratio est, quia talis non est verus Princeps & dominus subditorum, sed hostis. At hostem licet occidere tempore belli, ergo & Tyrannum. Consequens patet, quia talis tyrannus gerit quasi continentium bellum cum Regno, vel Republica. Ita Henricus Strouersdoff. de Injustitia, & iur. in 2. 2. D. Thom. 9. 64. articul. 3. q. 3. Caetanus in 2. 2. 9. 64. articul. 3. Saloni. ibid. contron. 1. Sotus de Injust. lib. 5. o. 1. artic. 3. Malderus 2. 2. D. Thom. tr. 3. c. 1. dub. 4. Lessius de Injust. lib. 2. c. 9. dub. 4. n. 7. Molina tom. 4. tract. 3. diff. 6. num. 2. & ante omnes D. Thom. in 2. semi. diff. vlt. q. 2. articul. 2. in corp. & ad 3. & lib. 2. de regim Principum, o. 6. Couarruias in lib. 4. Decret. de matrim. part. 2. 2. 3. §. 4. num. 6. & alij communiter.

Tom. VII.

2. Sed his non optantibus mihi placet sententia Filliueij tom. 2. tract. 18. cap. 1. numer. 14. vbi docet, quod si prædicta sententia intelligatur pro eo tempore, quo tyrranus aliquis inuaderet alienum regnum, & in ipso actu inuasionis, sic videtur opinio satis probabilis, nec nulli Principi præiudicium asserens, supponi enim deberet contra ciuiusmodi tyrranum subditos regni quod inuaditur, iure posse bellum agere, & se defendere ab iniusta inuasione, & cum expeditius via soleat esse de medio tollere dum aduerteret exercitus, si hæc executio ni demandetur, non appareat in quo redargui possit. Si vero etiam extendatur ad eundem tyrranum qui inuadit regnum, & retineat qualemcumque possessionem Principatus & administrationem, sic dubia & suspecta mihi est, & nemini iure confundenda, tum quia nullus deiicii à possessione debet, nisi prius audiatur, & iudicetur, tum quia evidenter patrati sceleris, quamvis accusacionem & probationem non requirat, exigit tamen sententiam declarativam, ex glos. in c. evidentiæ de accus. Tum denique, quia priuato cuiusque iudicio tam grauis res minimè concedenda est, sed publicum iudicium postulat, & tanquam ultimum remedium adhibendum, cum alia non profuerint. Et hæc omnia Filliueij loco citato, qua ante ipsum docuerunt Azorius tom. 2. lib. 11. c. 5. q. 10. & videatur etiam docere Sylvius in 2. 2. D. Thom. 9. 64. articul. 3. conclus. 2. vbi tune ait, iustum esse occidere tyrranum, quando nullum habens ius ad Regnum illud per vim inuidit, seu occupat, loquitur igitur in ipso actu inuasionis, in quo etiam Filliueij & Azorius concidunt licere tyrranum interficere,

#### RESOL. XVI.

An in aliquo casu teneatur inuasus occidere aggressorem, & sub pena peccati mortalis se defendere? Ex p. 5. tract. 4. Ref. 1.

§. 1. Vptra satis vñsum est inuasum posse licet occidere aggressorem, nunq. videndum est an ali quando teneatur. Et quidem Sotus de inst. lib. 5. q. 1. articul. 8. Sylvius in 2. 2. D. Thom. 9. 64. articul. 7. queritur 1. Aragon. in 2. 2. D. Thom. 9. 64. articul. 7. & alij asserunt, posse contingere casum vt teneatur inuasus sub pena peccati mortalis se defendere; vt si Princeps, aut quævis alia persona Reipublice per quam commoda ab impio aliquo & scelesto impeteretur, tunc enim prodigalitas esset vita sua, non se iniuria, lacestrum defendere.

2. Sed hanc opinionem nouitatis fundatam esse docet Petr. Binsfeldius de iniuriis & danno dato, c. 1. quest. 5. conclus. 7. & inuenitur contra Sotum, quia cum Scriptura horretur nos ad poneridam vitam etiam pro inimicis, non distinguunt de persona publica & priuata.

3. Verum Sotis sententiam ego puto cum Molina de inst. tom. 4. tr. 3. diff. 14. n. 2. probabilissimam esse. Dico igitur quod quando aggressus persona est, cuius vita multum Reipublicæ vel in spiritualibus, vel in temporalibus referret, teneretur sub reatu culpæ lethalis interfici aggressorem si posset, vt vitam suam conservaret. Probatur, quoniam igitur de communi maximo bono, in cuius præiudicium non potest sine culpa lethali non conservare suam vitam medio illo illicito, neque ad id consenda est facta ei facultas a Deo, cuius quod dominium est vita ipsius, nihil impediente damno inuasoris in quod sua culpa incidit. Idem videtur esse si ex eius morte sequeretur maximum detrimentum familiæ, vt vxori ac filiis, quos alere teneretur, quamvis enim cedere possit iuri suo, permittendo, se ab aggressore interfici, ne aggressor damnum mortis temporalis & eternæ incureret, non tamén posset cedere iuri suorum, quibus vita ipsius est necessaria, & quibus ali-

1. 2. menta